



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De ieiunio quatuor temporum. ii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

orádo, eleemosynas largiēdo, abstergamus, & carnē nostrā decimem⁹, vt ad sanctū Pascha securi peruenire possimus.

De ieiunio quatuor temporum. Cap. II.

Constituimus, vt quatuor tempora anni, ab omnibus cum ieiunio obseruentur, id est, in Martio, hebdomada prima. In Iunio, secunda. In Septembri, tertia. In Decembri, quarta: quæ fuerit plena ante vigiliam Natalis domini, id est, feria quarta, & sexta, & Sabbato. Veniant omnes ad Ecclesiā hora nona, cū letaniis ad Missarū solēnia.

Quo tempore ad Missam flectamus genua dici debeat. Caput III.

VT presbyteri plebibus anuūcient, quod in Quadragesima & in ieiunio quatuor tēporum tantummodo ad Missarum solēnia genua flectere debeant. In dominicis contra diebus vel cæteris festis, à vespera vsq; in vesperā non flectant genua, sed stantes incuruati orent, nec quiscumque vno genu solotenus impresso orare præsumat, sicut Iudæi irridentes dominum in passione eius fecisse leguntur, sed vtraq; genua terræ figat. Ait enim Apostolus: Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi.

De illis qui indictum ieiunium contempserunt.

Caput IIII.

SI quis indictum ieiunium superbiendo contempserit, & obseruare cum cæteris Christianis noluerit, in Gāgenſi concilio præcipitur, vt anathematizetur.

De eadem re. Caput V.

SI quis eorum qui continentia student, absque necessitate corporea, tradita in commune ieiunia, & ab Ecclesia custodita superbiendo dissoluit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit.

De letania maiore quomodo obseruanda sit.

Caput VI.

Placuit nobis vt letania maior obseruanda sit à cunctis Christianis vno die VII. Calan. Mai. sicut in Romana Ecclesia constitutum reperimus, & sicut sancti patres nostri constituerunt: nō equitādo, nō preciosis vestibus induti, cinere resperſi, & cilicio induti, nisi infirmitas impedierit.

De ieiunio rogationum. Cap. VII.

VM exigētibus peccatis, Galliarum populi luporum & canum rabie acriter interimerentur, ne huius flagelli ali-

Ex cōcil.

Mogūti.

cap. 2.

Ex cōcil.

Auréliā.

cap. 14.

Ex cōcil.

Mogūti.

cap. 5.

Ex cōcil.

Gangrē.

cap. 19.

Ex cōcil.

Mogūti,

cap. 6.

Ex cōcil.

Auréliā.

cap. 6.